

legitime a[p]proprians et michi meisque heredibus perpetuis temporibus alienans. In cuius rei testimonium sigilla predictorum meorum liberorum Magni, Johannis, Birgheri et Cecilie vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum in Aaspanes anno Domini millesimo triscentesimo quinquagesimo die beati Gregorii pape.

Sigillen: n. 1 söndrigt, otydligt; n. 2 skadadt (lejonörn), af omskriften: . . ANV . . ; n. 3 skadadt, otydligt; n. 4 kanten borta (lejonörn); n. 5 skadadt, otydligt.

4545.

1350 Mars 12.

Lund.

Abboten Johan i Allhelgonaklostret nära Lund, Nils, prior i Dalby, och Tyrgils, prior i predikarebrödernas kloster i Lund, vidimera ärkedjeknen Håkans i Lund testamente af 1283 d. 1 Aug.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater Johannes, abbas monasterii Omnium Sanctorum prope Lundis, Nicholaus, prior Dalbyensis, et frater Thrygillus, prior monasterii fratrum predicatorum Lundis, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos sub anno Domini m^occc^o quinquagesimo litteras testamentales domini Haquini bone memorie, quondam archidyaconi Lundensis, die videlicet Gregorii pape anno quo supra vidisse, perlegisse et diligenter inspexisse nec abolitas, nec cancellatas, nec rasas, neque in aliqua sui parte viciatas, tenorem, qui sequitur, continentes: In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Haquinus etc. *Se n. 770.* In cuius visionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Lundis anno et die supradictis.

På baksidan: vnum vidisse de testamento Haquini archidyaconi.

Sigillen borta.

4546.

1350 Mars 16.

Säcke stad.

Biskop Sigge i Skara upprättar på konung Magnus' begäran ett dekanat vid Skara domkyrka utaf ett prebende, som derstädes grundats för hertig Eriks själ, jämte gods i Hammarö uti Vermland, som konungen skänkt, äfvensom af en gård i Clewenne (Klefvan) i Daretorps socken, som Karl, fordom prest i Hvalstad, tillagt; förenar med samma dekanat Hvalstads kyrka, nämner ofvan nämnda herr Karl till innehafvare och förordnar att en korprest, nämnd af samma herr Karl och hans efterträdare, hvarje vecka skall hålla 4 messor vid hertigens altare i Skara domkyrka.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Siggo, diuina miseracione episcopus Scarensis, salutem in Domino sempiternam. Cum magnificus princeps et excellens dominus noster carissimus dominus Magnus, Dei gracia Swechie Noruegie et Skanie rex, nobis instanter supplicauerat, vt ex prebenda fundata in ecclesia nostra cathedrali Scaris pro anima felicis recordacionis domini Erixi condam ducis, patris sui, et ex bonis in Hamarø terre Værmalandie cum omnibus et singulis eorum pertinenciis infra insulam predictam et extra sit[uatis], quocumque nomine censeantur, que in ampliacionem diuini cultus liberaliter erogauerat, dignitatem decana-